

De VII. Græcæ Sapientibus

IIa

775

(X 1853243)

APOPTHHEGMATA  
 SEPTEM GRÆCIÆ SAPIENTUM  
 VIRI  
 DIGNITATE, OFFICIIS, SCIENTIA  
 VENERABILES, NOBILISSIMI, PRÆCLARISSIMI,  
 PATRONI, EVERGETÆ, FAU-  
 TORES OPTIMI, MAXIMI, SVAVISSIMI  
 PROGYMNASMATICE  
 ELABORATA,  
 FERIS HISCE SCHOLASTICIS  
 SISTET  
 DISCIPULORUM OGDOAS  
 QVIBUS  
 UT AD DIEM V. NONAR. MARTIARUM  
 FINITIS SACRIS  
 BENEVOLE ET BENEFICE  
 INTERESSE VELITIS  
 SUMMIS ROGO PRECIBUS  
 M. JUSTUS GOTOFREDUS RABENERUS,  
 Rector.

---

Literis ZACH. BECKERI, Anno Christiano 1685.







Roceres illi Græcæ gentis, quos,

ut Poëta loquitur,

**D** *Ardua septena numerat Sapientia fama,*  
diversa jam olim sunt experti hominum iudicia.  
Sive enim appellationem spectes, seu numerum,  
sive personas aut ordinem & dogmata, convenire  
inter dissentientes nunquam fatis potuit. De ipso  
fanè nominis honore litem illis movère, ut notat  
Diogenes Laërtius in Thalete, Damon & Anaxi-

menes, qui in alia omnia ivère. Ille quippe omnes  
reprehendit, hic ἐπιθέσθαι saltem τῆς ποιητικῆς, hoc est *poëtices studiosos fuisse*  
scribere non sunt veriti. Dicæarchus autem apud eundem adhuc incivi-  
lius eos tractavit asserens ἄνε σοφῆς, ἄνε φιλοσόφου ἀνδρῶν γεγονέναι, συνετῶν τελευτῶν  
καὶ νομοθετικῶν, *nec sapientes, nec Philosophos eos fuisse: Sed cordatos quosdam, ut*  
Interpres vertit *viros & Legumlatores.* Quibus rebus fit, ut excusatiùs M.  
Tullius scribat, *speciem saltem & similitudinem eos sapientum gessisse,* & Lactan-  
tius *lib. 4. divin. Instit. Cap. 1. p. m. 225. exclamet: O miserum calamitosumq; secu-*  
*lum, quo per orbem totum septem soli fuerunt, qui hominum vocabulo cicerentur. Ne-*  
*mo enim potest jure dici homo, nisi qui sapiens est. Sed si cæteri omnes præter ipsos*  
*stulti fuerunt, ne illi quidem sapientes, quia nemo sapiens esse verè iudicio stultorum*  
*potest.* Et fanè, si σοφία ex definitione Platonis, Stoicorum, Ciceronis intel-  
ligamus scientiam rerum humanarum divinarumq;, facile patet, quan-  
tum illa ambitu suo complectatur. Stoici imprimis sapientem suum eâ  
perfectione sibi sunt imaginati, ut decempeda illius soli Deo applicari pos-  
sit. Hoc rigore si sumus, jam sacer ille numerus causa sua cecidit. Quid  
enim illi de divinis rebus sciverint, error, cæcitas mentis, superstitione fatis  
ostendunt. Humanarum etiam rerum cognitio eo tempore ἢ ὑπεροπυλινὰ ἐν  
γάλαξιν καὶ σπαραγάνοις, *versabatur quodammodo in lacte & fasciis,* ut venustè de  
arte pingendi ejus seculi loquitur *Ælianus lib. 10. Cap. 10. ποιικίλης,* ut mode-  
stia Pythagoræ, qui erat ætate Sapientibus hisce suppar, meritò laudanda  
sit, qui interrogatus à Leonte Tyranno; quam artem calleret, Philoso-  
phum, se, non σοφὸν esse professus est. Quam benè autem abstracti etiam  
nomen mutaverint, qui hunc secuti sunt, viderit Keckermannus initio  
Systematis sui.

Dicæarchum autem miror virum aliàs apud Spartiatis magnæ auto-  
ritatis ( utpote de quo Suidas memorat, *librum ejus lege lata, quotannis in præto-*  
*rio Ephorum audiente juventute esse prælectum* ) quòd cum septem viros illos  
συνετῶν καὶ νομοθετικῶν fuisse non inficias eat, Sapientum & Philosophorum  
nomen abstulerit. Nisi forte ille in stupida hac hæresi fuit, ut solis Theo-  
reticis amplitudinem hujus tituli usurpandam crediderit. Quod autem  
Solon non versificator modò fuerit, aut sibi soli sapuerit, ostendit correctio  
Reipublicæ Atheniensis. Neve de principe solo id excipiam, insignis lo-  
cus facit apud *Ælianum lib. 3. Cap. 7. ex quo discimus, reliquos etiam col-*  
*legii sapientis, idem factitasse. Biantem dico, Thalen, Chilonem, Pittacum,*  
*Cleobulum suæ quemq; patriæ leges præscripsisse. Sint itaq; illi, pro ca-*  
*ptu sui seculi sapientes, nec invidemus benè meritis hanc gloriam, quem*  
*dedit superior ætas, nec secuta sustulit, ut Ausonius canit.*

De



480

Denumero autem hebdomadico, utut pleriq; inter se consentiant, non desunt tamen, qui ex Pythagoræ disciplina sacrum hunc numerum placuisse suspicantur. Vid. Horn. *Histor. Philos. lib. cap.* Et plures certe ea ætate fuerunt celeberrimi viri, qui cooptari in istud collegium omninò meriti fuere. Anacharsim & Abarim Scythas dico, Pherecydem Syrium (ex Syro insula ex Cycladibus una) Epimenidem Cretensem, Pythagoram Samium, Theognidem, Simonidem, Stefichorum, Acusilaum. Sed esto Pythagoram sua modestia excluderit, Anacharsin & Abarim patria Barbarica, quæ est Græcorum ambitio, qui se solos in possessionem sapientiæ venisse crediderunt, reliquas nationes ridiculè excluderunt, quasi virtus non esset commune patrimonium. Noluerit etiam Phereydes tam propè admoveri ad Pittacum Præceptorem. Cur autem reliquis præjudicium suum opposuere? Equidem quis primus hunc numerum constituerit, dicere non habeo. Meminit Herodotus aliquoties Solonis, Chilonis, Biantis, Pittaci, Thaletis, sed nusquam, septenarii numeri: Saltem *lib. 1. Cap. 29.* ἀπικνεύουσαι ἐς Σάρδεις ἀκμαζούσας πλὴν ἄλλοι τε πάντες ἐκ τῆς ἐλλάδος σοφισταί, οἱ τῶν τῶν χεῖρον ἐπύχωνον ὄντες, ὡς καὶ ἕκαστος αὐτῶν ἀπικνεύουσι, καὶ δηρὰ Σόλων. *Contulerunt se sardes opibus florentes tùm omnes Græciæ Sophistæ (ita Sophos olim vocabant,) pro se quisq; proficiscentes, tùm verò Solon.* Thycydides & Xenophon ne verbulo quidem cuiusquam illorum meminere. Ex quo conjector tunc nondum coaluisse famam illius collegii. Primus, quod noverim, Plato in Protagora eos in hunc fasciculum collegit, sed Mysoni Chenensi (Chen oppidum Laconicæ, quod de Meursius *Miscell. Lacon. lib. 4. cap. 5.*) locum sextum, Chiloni Lacedæmonio ultimum dedit. Periandri nulla planè ratione habitâ. Causam ejus rei se reperisse Clemens Alexandrinus *lib. 1. Stromat. p. 219.* arbitratur, cum septimum quidem locum multis competitoribus petitum, & pro cuiusq; ingenio traditum scribit, videlicet Periandro, Anacharsi, Epimenidi, Pherecydi, Acusilao, Platonem tamen in locum Periandri ὡς ἀναξίς σοφίας διὰ τὸ τυραννικῆν ἀντιπατάειν μύθωνα τῶν χηνέων i. e. ut indigni sapientia, quia fuerit Tyrannus posuisse Mysonem Chenaum. Ego verò laudo Platonem meum, si primus hominem flagitiosissimum ab hac laude exclusit, sed mihi vero similis videtur tempore Platonis ne receptum quidem fuisse in istud Collegium & postea obrepisse nescio quo pacto, quove autore. Quam frigidum autem, quod Laërtius ait, *Mysonem ob ipsam patriæ ignobilitatem tribu motum!* Sic scilicet virtus πλετίνδην ἢ, censu non ἀεισίδην legitur! Et si tyrannus omninò in hunc ordinem admittendus erat, malletm Pisisfratum surrogassent ejusdem propositi hominem, non malitiæ, ad quem Diogene fatente aliàs Mysonis pleraq; dicta velut hæreditate pervenerunt. Sed Pisisfrato forte Solonis reverentia nocuit & Periander unius cœnæ impendio sapiens factus. Lautè enim tractasse sapientes traditur. Aut minus ex dignitate Spartæ visum fuit Chilonem ultimum nominari, & ejusmodi homo substitutus est, quem inter Mysorum ultimos facile quilibet referat. Enimverò utantur sane illi ætatis privilegio, & quando ita volunt, septem sint.

Quis verò priore loco nominandus, Thales ne, an Solon (habent enim utriq; suos suffragatores, & pro Thalete etiam oraculi arbitrium interponitur) minutioris fortè fuerit curæ. Solon in civili prudentia, Thales in Mathesi & Physicis excelluit, sectæq; Ionicæ fuit caput. Hippoclidem etiam ut olim matrimonium. Herod. *lib. 6. cap. 129.* Ita quoq; controversiam hanc forte desaltaverit, quam quisq; vitæ legem, uti Quintilianus *lib. 5. cap. 11.* apophthegmata illorum vocat, dixerit. Vix enim unicum exstat, quod non



PK Ha 775

non à pluribus quocunq; jure sive injuria invadatur, cujus rei fidem facit. Clemens Alexandrinus *lib. 1. Stromp. 220.* Et possemus quidem huic malo medicinam afferre ex Platonis Protagora *p. m. 206.* qui sententias hasce communi Scto septemvirorum illorum decretas & in Apollinis templo inscriptas esse opinatur. Ita enim ille d. *ἔστι καὶ κοινῇ συνέλευσιν ἀπαρχὴν τῆς σοφίας ἀνέθεσαν τῷ Απόλλωνι εἰς τὸν ἐν Δελφοῖς, γράψαντες τὰ ὅλα, ἃ δὴ πάντες ὕμνεσι;* Sed cum hoc solus Plato dicat, malumus ampliare memores illius apud Comicum: *Nihil dictum est, quod non dictum sit prius.* Quinimò si operæ pretium facturi videremur ex Salomonis Proverbiis totius heptalogi *παράλληλα* facile concinnare possemus, cui tamen sua sublegisse Græcos non facile dixerim.

Neq; vacat jam philosophari cum Vellejo Paterculo, cur intra unius seculi angustias septentriones hi & illuxerint & occiderint. Sive istud æmulationi tribuendum, quæ ingenia colit, incitat, perficit; Sive opinioni hominum antiquamodò admirantium. Lectorem potius ad clariss. Bœclerum remitto, qui egregiè *Notis ad hunc Historicum* de fatis literariis differit. *p. 59. &c.* & me ad septem Græcæ sapientiæ consulta confero. Non quod illi nihil amplius ad famam afferant (multa enim egregia de hisce viris commemorat Diogenes Laërtius in ipsorum vitis) sed quia jam olim hæc quædamus in admiratione fuerunt. Quo fit ut crudum illud Minucii Felicis iudicium esse opiner, *omitto inqvientis, illos rudes & veteres, qui de suis dictis sapientes esse meruerunt.* Benignior paulo Eusebii sententia *lib. 10. de prepar. cap. 2. De istis septem sapientibus nihil aliud, quam sententia quædam commodè & breviter dicta ad utilitatem humana vite compertum est.* Magno sane in pretio jam olim fuere & Quintilianus loc. supr. alleg. honorificè illarum mentionem fecit, & Plutarchus calculum adjicit in symposio. Quid de Aufonio dicam, qui velut in Theatro loquentes introducit hosce viros in Ludo quem vocat septem sapientum. Me certè commovitea res, ut discipulis pensâ distributurus *γνώμας* hæc potissimum eligerem. Possem esse contentus hoc Catone, nisi ad supplendam Ogdoada consuetam Anacharsis scitum aliquod addendum fuisset. Afferendus enim jure Qviridium hic homo in libertatem suam à Germanis Scytharum posteris. Nec pudet istius originis. Aptabit autem sibi personam.

- Prologi Johannes Ludewig Thraner / Freibergensis Misn.
- Solonis Augustus Gottfried Gerber / Freib. Misn.
- Thaletis Georgius Döring / Rosvvin. Misn.
- Cleobuli Johann Friedrich Griebel / Megalo Schirmensis Misn.
- Chilonis Godofredus Erhardt Wirth / Mukerizensis Misn.
- Biantis Johann Erhardt Planer / Strehla Misn.
- Pittaci Georgius Müller / Falckendorfio indidem.
- Periandri David Heinrich Rüdiger / Freib.
- Anacharsis Johann Andreas Baumann / Freib.
- Epilogi Johann Christian Rümmler / Löpperdorfensis Misn.

Preces autem per me admovent hi personati, ò Patroni ac Mecænates, quas possunt & debent devotas, pervicaces, utinam quoq; efficaces, ut frequenti numero adesse velitis. Ita certè meritæ de vobis Scholæ, ut opellam hanc negare non debeatis, nec ipsi oratores indigni, in quos beneficium conferatur, cum dignos se Musis, dignos suo ordine præstent.

••)•(••

WDA

MC







reprehendit, hic scribere non sum-  
 lius eos tractavi-  
 και νομοθετικῆς, nec  
 Interpres vertit  
 Tullius scribat, s-  
 tius lib. 4. divin. In-  
 lum, quo per orbem  
 mo enim potest iure  
 stulti fuerunt, ne illi  
 potest. Et sanè, si  
 ligamus scientiarum  
 tum illa ambitu  
 perfectione sibi si-  
 fit. Hoc rigore  
 enim illi de divin-  
 ostendunt. Hu-  
 γάλαξι και σπαργάνῃ  
 arte pingendi eju-  
 stia Pythagoræ, o-  
 fit, qui interrogat-  
 phum, se, non σο-  
 nomen mutaverit  
 Systematis sui.

Dicæarchum  
 ritatis ( utpote de  
 rto Ephorum audi-  
 συνετῆς και νομοθετικῆς  
 nomen abstulerit.  
 reticis amplitudin-  
 Solon non versifi-

Reipublicæ Atheniensis. Neve de principe solo id excipiam, insignis lo-  
 cus facit apud Ælianum lib. 3. Cap. 7. ex quo discimus, reliquos etiam col-  
 legii sapientis, idem factitasse. Biantem dico, Thalen, Chilonem, Pittacum,  
 Cleobulum suæ quemq; patriæ leges præscripsisse. Sint itaq; illi, pro ca-  
 ptu sui seculi sapientes, nec invidemus benè meritis hanc gloriam, quem  
 dedit superior ætas, nec secuta sustulit, ut Ausonius canit.

æcæ gentis, quos,

Sapientia fama,  
 xperti hominum judicia,  
 m spectes, seu numerum,  
 m & dogmata, convenire  
 vam fatis potuit. De ipso  
 em illis movere, ut notat  
 Thalete, Damon & Anaxi-  
 ivere. Ille quippe omnes  
 est Poëtices studiosos fuisse  
 oud eundem adhuc incivi-  
 αυτῶς γεγονέναι, συνετῆς τε τινας  
 Sed cordatos quosdam, ut  
 rebus fit, ut excusatiùs M.  
 apientum gessisse, & Lactan-  
 O miserum calamitosumq; secu-  
 ninum vocabulo cicerentur. Ne-  
 t si cæteri omnes præter ipsos  
 s esse verè iudicio stultorum,  
 oicorum, Ciceronis intel-  
 umq; , facile patet, quan-  
 rimis sapientem suum eã  
 ius soli Deo applicari pos-  
 is causa sua cecidit. Quid  
 is mentis, superstitione fatis  
 o eotempore Ην τεροπον τινα εν  
 e & fascis, uti venustè de  
 Cap. 10. ποιικίλης, ut mode-  
 suppar, meritò laudanda  
 artem calleret, Philoso-  
 nè autem abstracti etiam  
 erit Keckermannus initio

Spartiatas magnæ auto-  
 lege lata, quotannis in preto-  
 d cum septem viros illos  
 tum & Philosophorum  
 æresi fuit, ut solis Theo-  
 ediderit. Quod autem  
 puerit, ostendit correctio



De

